



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

111. Mira senis conuers.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

habituos se propugnatorem expeditum , & defensorem non ignauit.  
 At si vim pararent, se quidem , & vnum , & Externum multorum columniis, criminacionibus, & vexationi patem esse non posse , propter notae vbique illius æquitati se totum credere , eiusque tribunal iam inde appellare. Mandarinus mirè affabilis patrocinium à Patre postulatum fulciper se humanissimè professus ; gratissimum pariter habuit Catechismum cuius auctorem Ricciūm , sibi notissimum , & amicissimum multis laudibus ornauit , conciditque hic vis omnis impiorum libellis , & accusationibus armata ad euertendum Longobardum , si multo abiectius refixit , cum Neophytorum non pauca milia viderunt prono descendantium alueo ad occursum Manuēlis Diaz cum tribu operæ sociis , & in scapham translatos eleganter instruatam cum instrumentorum symphonia , per medianum vrhem eiusque suburbium deuentum domum hostram , non iam vt ominofos , & hostes adueniunt , sed ciues & Patres ex mundi finibus , votis fidelibus vocatos : habent Longobardus in quos possit operas partiri , relieto Sciaoceti Tedchio , Euangelium foras circumtulit , vbique fructu vberimo ; nouis multis locis fundauit Christo cœterus multitudo idolorum delecta , & libris ad ea spectantibus ; & in iis quos tinxit centum quadraginta , & stinatæ à Deo salutis occulta consilia magnopere suspexit. Senex annorum nonaginta , refagiebat p̄frahætè à videndo , nedum ab audiendo Patre ; veri Dei offensam nullo se vñquam peccato incuruisse : exercitri se quoque idola qua Pater dannaret ; vtrumque se à puero ratiōne magistra edoctum seruasse ; nihil ab' Extero se posse discere quod fieret melior. Ita senex paulisper philosophabatur , quoad morbo per-

III.  
Mira sensis  
conuers.

interius imbuīt. Patrem vltro acceſſit , audit , dictis firmiter assentur , Christi lauacro expiatus paulò post moritur : illud item preclarum quod in pago quodam vrbi proximo vidit. Conuenerat populus in cœpacem aulam , prostabant idola circiter quinquaginta ; inter eas lora Deiparæ tabula cum puero Iesu , & Ioanne Baptista ; coram facies , aera , odorum suffitus , & flexis genibus populus. Coniectans Pater qui sibi hæc vellent ; rogat sciréntne picta tabula quos referret : ait ut minima Dei matrem esse , ex pueris vñem illius filium ; vter vero dorum se nescire. Indicta audientia Longobardus , personarum illarum dignitatem , officia , merita explicare ; idola quid essent ; quid iſ sciendum docere ; quid sciendum , sperandum , & agendum ad felicitatem animæ sempiternam ; sub qua mox omnes omnia simulachra , & quicquid ad ea attinebat , in domus area congerunt , & subiecto igni cinerem redigunt. Ille integrata eorum catechesi , ex iis decem & octo baptizavit , quorum beata fors repudiata est à tribus Bonziis ; fassi le penitus capere , & perspicere lucem certæ veritatis , pertinaciam suam , stulta dilatione fallere maluerunt , subiectos se veritati & baptismo ceruices cum Mandarinus ea comprobasset. Nunc scribendis quæ val-

dè portentosa , Longobardo Sciaoeum reduci contigere , ad annum  
seculi huius sextum , præmittendæ sunt eorum causæ . Defuncto Leo-  
nardo Macaensi Episcopo , Vicarium dixit , ciùsque Ecclesiaz Rectorein  
Goanus antistes Michaëlem de sanctis , iustis olim de causis animis illum è  
Societate ; tunc in familiam S. Augult ni adlectum ; huius quidam Sa-  
cerdos effrænis lingua , & cum bile incaluerat impotentis , Franciscum  
Pintum Religiolum de Obsecrantia , & cui præter Curator , cœno-  
biū , multa & probrofa criminatione onerauit . Experti fructa viam  
omnem sarcinæ famæ , cœnobitæ , ex Pontificio induito Conserua-  
torem Iudicem eligunt Valentini Caruallium Macaensis Collegij  
Rectorem , fingebar apud se Valentinus reductum se in mutuam gra-  
tiam discordes animos , & officiosa humanitate , persuasurum palino-  
dianum calumniatori , sed opinione sua longè falsus , coactus est rem iuri  
permittere , causâque conteitata , reum contumaciae damnauit . Hinc  
profligata lis renasci crudior , ipsūmque in Iudicem retrorqueri , Vica-  
rius reum iurisdictioni suæ vindicare , & falso nomine sacri quæsitoris ,  
quem ius solos gerebat Neophytes , Pintum , & Caruallium diri ana-  
thematis censura percellere , ipsūmque quod is faueret Praefectum  
Macaensem , & urbem interdicere sacerorum vſu : ad hæc secessus in par-  
tes populos armari , & tumultuari graui cum offensione illius Christia-  
nitatis , & infidelium , qui diuersis ex nationibus complures eo conflu-  
xerant : ac Valignanus vt erat Iuris vtriusque peritiſſimus & Doctoř  
apologetico indubitabilis demonstrauit quam esſent irrita cenſuræ illius  
fulmina ; sed nec religione mouit furiosos , & ne ad autes quidem ad-  
missus est : fataginem nihil fecijs ad sedandas turbas magnis sed ina-  
nibus curis , die vigesimo anni 1606. mors opprefſit , illis quidem  
Orientalibus acerba , Sinarum tamen Christianitati acerbior quæ illi  
ottus suos , & fauſtas debebat expectationes : & cui sua præſentia iu-  
uandæ diploma regium ad iter Riccius impetrarat , quod erat prope-  
diom à F. Martinez recepturus , Vindictam interea , nonnulli aduersa-  
torum , quicunque tandem iſ fuerint , nobis ſtruunt , qua delectabili-  
tus nequivat , quicquid eſt dæmonum , ſtruere . Clam cogunt Sinen-  
tes qui publicas illic administrabant præfecturas ; præfati coram ine-  
vitabilem indicandi ſecreti conſientiam , ne impiabili ſcelere apud  
Deum ; ſempiterna apud homines infamia tenerentur ; aiunt Societatis  
Patres Regi exitium ; rebellionem regno machinari . Dudum hanc  
inter ſe exorlos telam , eō promouisse , vt vna iam cœptis executio  
deſſeret ; ad hoc iuratum ab iis foedus cum Lusitanorum Praefecto ciu-  
que factiosis ; cum Iaponibus quos Christi religio iis addixerat ; cum  
Batauis , qui ſursum deorsum gaulis decem immanibus confinia maria  
percurſabant , in ſignum arreſti , quod à noſtris Macao operiebantur .  
Signo dato Quanceum proximam , & Cantonensium Principem , pri-  
ma impreſſione inuadendam , & diripiendam : inde Sciaoeum Nancianū ,  
ſeditiosam urbem ; Nanchinam Iaponibus obiacentem , Pechini denique

111.  
Horrenda in-  
noſt. & Lufi-  
tan. calum-  
niæ ab Eccle-  
ſiaſt. &c.